

## DE SVCCINO

peccati, sed etiam in horrendas pœnas. De huius pulcherrimæ imaginis deformatione & maculis, quibus sapientia & beneficentia Dei est obscurata, quid tristius cogitari potest?

Tota natura rerum nostram vicem dolere, ac quodammodo nobiscum gemere conspicitur. Defigentes enim oculos ad hoc birumen (ex quo succinum nascitur) umbram deformatæ, istius picturæ inuenimus. Materia „ ista nobilissimus terræ succus est, vi- „ ribus haud absimilis balsamo, odorē „ suauem & fragrantem spirans: haud dubiè in humanum usum conditus ideo, ut sua virtute & admiratione nobis archetypi imaginem in mente reuocaret, & de beneficentia ipsius cōmonefaceret: quod certè non facit, sed ab ista sua functione, ut ita dicam, „ recedit, cum nusquam hactenus in to „ tā Prussia istius bituminis fontes vel „ scaturigines, in conspectum nostrum „ prodierint, aut è terra erupisse visæ sint.